




Nema nikakve druge filozofije doli filozofije Spinozine ... Ako bi me po nekome trebalo nazvati, ja ne znam drugog ... Ortodoksni pojmovi o božanstvu nisu više za mene; ne mogu ih više prihvatiti. Έν καὶ Πᾶν. Ja ne znam ništa drugo.

Lessing

Spinoza je glavna točka moderne filozofije: ili spinozizam ili filozofije nema ... Ako se otpočinje filozofirati, tada se isprva mora biti spinozist. Duša se mora okupati u tome eteru jedne supstancije u kojoj se utopilo sve što je čovjek smatrao istinitim.

Hegel



BENEDIKT DE SPINOZA

ETIKA

DOKAZANA GEOMETRIJSKIM REDOM

Preveo
OZREN ŽUNEC



DEMETRA
Filosofska biblioteka
Dimitrija Savića
ZAGREB 2000

Propositio IV. *Nulla res, nisi à causâ externâ, potest destrui.*

Demonstratio. Hæc Propositio per se patet; definitio enim cujuscunque rei ipsius rei essentiam affirmat, sed non negat; sive rei essentiam ponit, sed non tollit. Dum itaque ad rem ipsam tantum; non autem ad causas externas attendimus, nihil in eâdem poterimus invenire, quod ipsam possit destruere. Q. E. D.

Propositio V. *Res eatenus contrariæ sunt naturæ, hoc est, eatenus in eodem subjecto esse nequeunt, quatenus una alteram potest destruere.* |

Demonstratio. Si enim inter se convenire, vel in eodem subjecto simul esse possent, posset ergo in eodem subjecto aliquid dari, quod ipsum posset destruere, quod (per Prop. præced.) est absurdum. Ergo res etc. Q. E. D.

Propositio VI. *Unaqueque res, quantum in se est, in suo esse perseverare conatur.*

Demonstratio. Res enim singulares modi sunt, quibus Dei attributa certo, et determinato modo exprimuntur, (per Coroll. Prop. 25. p. 1.) hoc est (per Prop. 34. p. 1.) res, quæ Dei potentiam, quâ Deus est, et agit, certo, et determinato modo exprimunt; neque ulla res aliquid in se habet, à quo possit destrui, sive quod ejus existentiam tollat; (per Prop. 4. hujus) sed contrà ei omni, quod ejusdem existentiam potest tollere, opponitur; (per Prop. præced.) adeoque quantum potest, et in se est, in suo esse perseverare conatur. Q. E. D.

Propositio VII. *Conatus, quo unaquæque res in suo esse perseverare conatur, nihil est præter ipsius rei actualem essentiam.*

Demonstratio. Ex datâ cujuscunque rei essentiâ quædam necessariò sequuntur, (per Prop. 36. p. 1.) nec res aliud possunt, quàm id, quod ex determinatâ earum naturâ necessariò sequitur; (per Prop. 29. p. 1.) quare cujuscunque rei potentia, sive conatus, quo ipsa vel sola, vel cum aliis quidquam agit, vel agere conatur, hoc est (per Prop. 6. hujus) potentia, sive conatus, quo in suo esse perseverare conatur, nihil est præter ipsius rei datam, sive actualem essentiam. Q. E. D. |

Poučak 4. *Nijedna stvar ne može biti uništena osim od izvanjskog uzroka.*

Dokaz. Ovaj je poučak jasan sam po sebi; jer definicija svake stvari potvrđuje, a ne niječe bit te stvari, ona postavlja bit stvari, a ne ukida je. Dok dakle pozornost obraćamo samo na tu stvar a ne i na izvanjske uzroke, nećemo u njoj iznaći ništa što bi je moglo uništiti, što je i trebalo dokazati.

Poučak 5. *Stvari su utoliko protivnih naravi, to jest one utoliko ne mogu biti u istom subjektu, ukoliko jedna drugu može uništiti.*

Dokaz. Jer kad se one između sebe slažu, ili kad mogu zajedno biti u istom subjektu, onda dakle u tom subjektu može biti nečeg što bi ga moglo uništiti, a to je (prema prethodnom poučku) nesklapno. Dakle, stvari su itd., što je i trebalo dokazati.

Poučak 6. *Svaka stvar, koliko je do nje, nastoji istrajati u svom bitku.*

Dokaz. Pojedinačne su stvari modusi koji Božje attribute izražavaju na točan i određen način (prema dodatku uz poučak 25 prvog dijela), to jest (prema poučku 34 prvog dijela), stvari koje Božju moć, kojom Bog jest i kojom djeluje, izražavaju na točan i određen način. Nijedna pak stvar nema u sebi ništa čime bi mogla biti uništena ili što bi ukinulo njen opstanak (prema poučku 4 ovog dijela), nego se, naprotiv, suprotstavlja svemu što bi njen opstanak moglo ukinuti (prema prethodnom poučku); stoga, koliko može i koliko je do nje, nastoji istrajati u svom bitku, što je i trebalo dokazati.

Poučak 7. *Nagon kojim svaka stvar nastoji istrajati u svom bitku nije ništa drugo do zbiljska bit sâme stvari.*

Dokaz. Iz dane biti bilo koje stvari nešto nužno slijedi (prema poučku 36 prvog dijela) te stvari ne mogu drugo osim onog što nužno slijedi iz njihove određene naravi (prema poučku 29 prvog dijela). Zato moć bilo koje stvari, ili nagon kojim ona ili sama ili s drugima nešto čini ili nastoji činiti, to jest (prema poučku 6 ovog dijela), moć ili nagon kojim nastoji istrajati u svom bitku, nije ništa drugo nego dana ili zbiljska bit sâme stvari, što je i trebalo dokazati.

Propositio VIII. *Conatus, quo unaquæque res in suo esse perseverare conatur, nullum tempus finitum; sed indefinitum involvit.*

Demonstratio. Si enim tempus limitatum involveret, quod rei durationem determinaret, tum ex solâ ipsâ potentiâ, quâ res existit, sequeretur, quòd res post limitatum illud tempus non posset existere; sed quòd deberet destrui; atqui hoc (*per Prop. 4. hujus*) est absurdum: ergo conatus, quo res existit, nullam tempus definitum involvit; sed contrà, quoniam, (*per eandem Prop. 4. hujus*) si à nullâ externâ causâ destruat, eâdem potentiâ, quâ jam existit, existere perget semper; ergo hic conatus tempus indefinitum involvit. Q. E. D.

Propositio IX. *Mens tam quatenus claras, et distinctas, quàm quatenus confusas habet ideas, conatur in suo esse perseverare indefinitâ quâdam duratione, et hujus sui conatus est conscia.*

Demonstratio. Mentis essentia ex ideis adæquatis, et inadæquatis constituitur, (*ut in Prop. 3. hujus ostendimus*) adeoque (*per Prop. 7. hujus*) tam quatenus has, quàm quatenus illas habet, in suo esse perseverare conatur; idque (*per Prop. 8. hujus*) indefinitâ quâdam duratione. Cùm autem Mens (*per Prop. 23. p. 2.*) per ideas affectionum Corporis necessariò sui sit conscia, est ergo (*per Prop. 7. hujus*) Mens sui conatûs conscia. Q. E. D.

Scholium. Hic conatus, cùm ad Mentem solam refertur, Voluntas appellatur; sed cùm ad Mentem, et Corpus simul refertur, vocatur Appetitus, qui proinde nihil aliud est, quàm ipsa hominis essentia, ex cujus naturâ ea, quæ ipsius conservationi inserviunt, necessariò sequuntur; atque adeò homo ad eadem agendum determinatus est. Deinde inter appetitum, et cupiditatem nulla est differentia, nisi quòd cupiditas ad homines plerumque referatur, quatenus sui appetitûs sunt conscii, et propterea sic definiri potest, nempe, *Cupiditas est appetitus cum ejusdem conscientiâ*. Constant itaque ex his omnibus, nihil nos conari, velle, appetere, neque cupere, quia id bonum esse judicamus; sed contrà nos propterea, aliquid bonum esse, judicare, quia id conamur, volumus, appetimus, atque cupimus.

Propositio X. *Idea, quæ Corporis nostri existentiam secludit,*

Poučak 8. *Nagon kojim svaka stvar nastoji istrajati u svom bitku ne uključuje nikakvo ograničeno, nego neodređeno vrijeme.*

Dokaz. Jer ako bi uključivao ograničeno vrijeme koje određuje trajanje stvari, onda bi iz same te moći kojom stvar opstoji slijedilo da stvar poslije tog ograničenog vremena ne bi mogla opstojati nego bi trebala biti uništena, a to je (prema poučku 4 ovog dijela) nesklapno. Dakle, nagon kojim stvar opstoji ne uključuje nikakvo određeno vrijeme nego, naprotiv, ako (prema istom poučku 4 ovog dijela) nije uništena ni od kojeg izvanjskog uzroka, onda onom moći kojom već opstoji nastavlja uvijek opstojati. Dakle, ovaj nagon uključuje neodređeno vrijeme, što je i trebalo dokazati.

Poučak 9. *Duh, imao on kako jasne i razgovijetne tako i zbrkane predstave, nastoji u svom bitku istrajati u neodređenom trajanju i tog je svog nagona svjestan.*

Dokaz. Bit duha sastoji se iz odgovarajućih i neodgovarajućih predstava (kako smo pokazali u poučku 3 ovog dijela). Stoga (prema poučku 7 ovog dijela), imao on ove ili one¹, nastoji istrajati u svom bitku i to (prema poučku 8 ovog dijela) u neodređenom trajanju. Budući da je duh (prema poučku 23 drugog dijela) pomoću predstava stanja tijela sebe svjestan, onda je dakle (prema poučku 7 ovog dijela) duh svjestan svog nagona, što je i trebalo dokazati.

Primjedba. Ovaj nagon, kad se odnosi samo na duh, naziva se voljom, a kad se odnosi na duh skupa s tijelom naziva se porivom koji nije ništa drugo do sâma bit čovjeka iz čije naravi nužno slijedi ono što služi njegovu očuvanju; odatle je čovjek određen da to čini. Nadalje, između poriva i požude nema nikakve razlike osim što se požuda uglavnom odnosi na ljude ukoliko su svjesni svojih poriva pa se stoga može definirati ovako, naime: *Požuda je poriv sa svijesti o njemu*. Iz svega toga proizlazi da mi ni oko čega ne nastojimo, ništa nećemo, ni za čim nemamo poriv i ni za čim ne žudimo zato jer to sudimo kao dobro, nego, naprotiv, nešto sudimo kao dobro zato jer oko toga nastojimo, to hoćemo, za tim imamo poriv i za tim žudimo.

Poučak 10. *Predstava koja isključuje opstanak našeg tijela ne može*

¹ Sc. odgovarajuće ili neodgovarajuće predstave op. prev.

in nostrâ Mente dari nequit; sed eidem est contraria.

Demonstratio. Quicquid Corpus nostrum potest destruere, in eodem dari nequit, (*per Prop. 5. hujus*) adeoque neque ejus rei idea potest in Deo dari, quatenus nostri Corporis ideam habet, (*per Coroll. Prop. 9. p. 2.*) hoc est, (*per Prop. 11. et 13. p. 2.*) 5 ejus rei idea in nostrâ Mente dari nequit; sed contrâ, quoniam (*per Prop. 11. et 13. p. 2.*) primum, quod Mentis essentiam constituit, est idea corporis actu existentis, primum, et præcipuum nostræ Mentis conatus est, (*per Prop. 7. hujus*) Corporis nostri existentiam affirmare; atque adeo idea, quæ Corporis nostri 10 existentiam negat, nostræ Menti est contraria etc. Q. E. D.

Propositio XI. Quicquid Corporis nostri agendi potentiam auget, vel minuit, juvat, vel coërcet, ejusdem rei idea Mentis nostræ cogitandi potentiam auget, vel minuit, juvat, vel coërcet.

Demonstratio. Hæc Propositio patet ex Propositione 7. 15 Partis 2., vel etiam ex Propositione 14. Partis 2.

Scholium. Videmus itaque Mentem magnas posse pati mutationes, et jam ad majorem, jam autem ad minorem perfectionem transire, quæ | quidem passionibus nobis explicant affectus Lætitiæ et Tristitiæ. Per Lætitiâ itaque in sequentibus intelligam 20 passionem, quâ Mens ad majorem perfectionem transit. Per Tristitiâ autem passionem, quâ ipsa ad minorem transit perfectionem. Porro affectum Lætitiæ, ad Mentem, et Corpus simul relatum, Titillationem, vel Hilaritatem voco; Tristitiæ autem Dolorem, vel Melancholiam. Sed notandum, Titillationem, et Dolorem ad ho- 25 minem referri, quando una ejus pars præ reliquis est affecta; Hilaritatem autem, et Melancholiam, quando omnes pariter sunt affectæ. Quid deinde Cupiditas sit, in Scholio Propositionis 9. hujus Partis explicui, et præter hos tres nullum alium agnosco affectum primarium: nam reliquos ex his tribus oriri in seqq. 30 ostendam. Sed antequam ulterius pergâ, lubet hîc fusiùs Propositionem 10. hujus Partis explicare, ut clariùs intelligatur, quâ

biti u našem umu, nego mu je protivna.

Dokaz. Ono što može uništiti naše tijelo to u njemu ne može biti (prema poučku 5 ovog dijela). Dakle ni predstava te stvari ne može biti u Bogu ukoliko on ima predstavu našeg tijela (prema dodatku uz poučak 9 drugog dijela), to jest (prema poučcima 11 i 13 drugog dijela), predstava te stvari ne može biti u našem duhu, nego, naprotiv, budući da (prema poučcima 11 i 13 drugog dijela) ono prvo što čini bit duha jest predstava zbiljski opstojećeg tijela, onda je prvi i glavni nagon našeg duha (prema poučku 7 ovog dijela) potvrditi opstanak našeg tijela. Odatle je predstava koja niječe opstanak našeg tijela protivna našem duhu itd., što je i trebalo dokazati.

Poučak 11). Sve ono što moć djelovanja našeg tijela povećava ili smanjuje, potiče ili suspriježe, njegova predstava moć mišljenja našeg duha povećava ili smanjuje, potiče ili suspriježe.

Dokaz. Ovaj je poučak jasan iz poučka 7 drugog dijela ili pak iz poučka 14 drugog dijela.

Primjedba. Vidimo dakle da duh može trpjeti razne promjene i prelaziti čas u veće a čas u manje savršenstvo. Ove nam trpnje objašnjavaju strasti ugone i neugode. U onome što slijedi pod *ugodom* razumijem trpnju kojom duh prelazi u veće savršenstvo. Pod *neugodom* pak trpnju kojom on prelazi u manje savršenstvo. Nadalje, *strast ugone* koja se odnosi na duh skupa s tijelom zovem *nasladom* ili *vedrinom*, a *neugode* pak *bolom* ili *sjetom*. Valja ipak primijetiti da se naslada i bol odnose na čovjeka onda kad je jedan njegov dio aficiran više od drugih, a vedrina i sjeta kad su svi jednako aficirani. Što je požuda objasnio sam u primjedbi uz poučak 9 ovog dijela, a osim ove tri ne priznajem nikakve duge prvotne strasti; u onome što slijedi pokazat ću da ostale proizviru iz ovih triju. No, prije nego nastavim, rado bih opširnije objasnio poučak 10 ovog dijela, kako

ratione idea ideæ sit contraria.

In Scholio Propositionis 17. Partis 2. ostendimus, ideam, quæ Mentis essentiam constituit, Corporis existentiam tamdiu involve-
re, quamdiu ipsum Corpus existit. Deinde ex iis, quæ in Coroll.
Prop. 8. Part. 2. et in ejusdem Schol. ostendimus, sequitur, 5
præsentem nostræ Mentis existentiam ab hoc solo pendere, quod
sc. Mens actualem Corporis existentiam involvit. Denique Mentis
potentiam, quâ ipsa res imaginatur, earumque recordatur, ab
hoc etiam pendere ostendimus, (vid. Prop. 17. et 18. p. 2. cum ejus
Scholio) quod ipsa actualem Corporis existentiam involvit. Ex 10
quibus sequitur, Mentis præsentem existentiam, ejusque imagi-
nandi potentiam tolli, simulatque Mens præsentem Corporis
existentiam affirmare desinit. At causa, cur Mens hanc Corporis
existentiam affirmare desinit, non potest esse ipsa Mens, (per Prop.
2. hujus) nec etiam, quod Corpus esse desinit. Nam (per Prop. 6. 15
p. 2.) causa, cur Mens Corporis existentiam affirmat, non est, quia
Corpus existere inceptit: quare, per eandem rationem, nec ipsius
Corporis existentiam affirmare desinit, quia Corpus esse desinit;
sed (per Prop. 8. p. 2.) hoc ab aliâ ideâ oritur, quæ nostri Corpo-
ris, et consequenter nostræ Mentis, præsentem existentiam seclu- 20
dit, quæque adeò ideæ, quæ nostræ Mentis essentiam constituit,
est contraria. |

Propositio XII. Mens, quantum potest, ea imaginari conatur, quæ Corporis agendi potentiam augent, vel juvant.

Demonstratio. Quamdiu humanum Corpus affectum est 25
modo, qui naturam corporis alicujus externi involvit, tamdiu
Mens humana idem corpus, ut præsens, contemplabitur, (per
Prop. 17. p. 2.) et consequenter (per Prop. 7. p. 2.) quamdiu Mens
humana aliquod externum corpus, ut præsens, contemplatur,
hoc est, (per ejusdem Prop. 17. Schol.) imaginatur, tamdiu huma- 30
num Corpus affectum est modo, qui naturam ejusdem corporis
externi involvit; atque adeò, quamdiu Mens ea imaginatur, quæ

15 2. Auerbach 4. ON
30 17. add. edd.

bi se jasnije razumljelo na koji je način predstava protivna predstavi.

U primjedbi uz poučak 17 drugog dijela pokazali smo da predstava, koja čini bit duha, sadrži opstanak tijela tako dugo dok to tijelo opstoji. Nadalje, iz onoga što smo pokazali u dodatku uz poučak 8 drugog dijela te u primjedbi uz njega slijedi da nazočni opstanak našeg duha ovisi samo o tome da duh uključuje zbiljski opstanak tijela. Na koncu smo pokazali da moć duha kojom prispodobljuje same stvari te ih se sjeća ovisi isto tako o tome (vidi poučak 17 i poučak 18 drugog dijela te primjedbu uz potonjega) da ona uključuje zbiljski opstanak tijela. Iz čega slijedi da duh nazočni opstanak i moć njenog prispodabljanja ukida čim duh prestane potvrđivati nazočni opstanak tijela. Uzrok pak zašto duh prestaje potvrđivati opstanak ovog tijela ne može biti sam duh (prema poučku 2 ovog dijela), a isto tako ni to što tijelo prestaje biti. Jer (prema poučku 6 drugog¹ dijela) uzrok zašto duh potvrđuje opstanak tijela nije to što je tijelo počelo opstojati; zato, iz istog razloga, on ne prestaje potvrđivati opstanak tijela zato jer tijelo prestaje biti, nego (prema poučku 8 drugog dijela) ovo proizlazi iz druge predstave koja isključuje nazočni opstanak našeg tijela pa prema tome i našeg duha i koja je protivna predstavi koja čini opstanak našeg duha.

Poučak 12. Duh nastoji, koliko može, prispodabljati ono što moć djelovanja tijela povećava ili potiče.

Dokaz. Dok je ljudsko tijelo aficirano načinom koji uključuje narav nekog izvanjskog tijela, tako dugo ljudski duh isto tijelo motri kao nazočno (prema poučku 17 drugog dijela) te prema tome (prema poučku 7 drugog dijela) dok ljudski duh motri neko izvanjsko tijelo kao nazočno, to jest (prema dodatku istom poučku 17²) prispodablja, tako dugo je ljudsko tijelo aficirano načinom koji uključuje narav tog izvanjskog tijela. Dok si dakle duh prispodablja ono što moć djelovanja našeg tijela pove-

¹ drugog Auerbach, četvrtog ON

² 17 add. edd.

corporis nostri agendi potentiam augment, vel juvant, tamdiu Corpus affectum est modis, qui ejusdem agendi potentiam augment, vel juvant; (*vid. Post. 1. hujus*) et consequenter (*per Prop. 11. hujus*) tamdiu Mentis cogitandi potentia augetur, vel juvatur; ac proinde (*per Prop. 6. vel 9. hujus*) Mens, quantum potest, eadem 5 imaginari conatur. Q. E. D.

Propositio XIII. *Cum Mens ea imaginatur, quæ Corporis agendi potentiam minuunt, vel coercet, conatur, quantum potest, rerum recordari, quæ horum existentiam secludunt.*

Demonstratio. Quamdiu Mens quicquam tale imaginatur, 10 tamdiu Mentis, et Corporis potentia minuitur, vel coercetur, (*ut in præced. Prop. demonstravimus*) et nihilominus id tamdiu imaginabitur, donec Mens aliud imaginetur, quod hujus præsentem existentiam secludat, (*per Prop. 17. p. 2.*) hoc est, (*ut modò ostendimus*) Mentis, et Corporis potentia tamdiu minuitur, vel 15 coercetur, donec Mens aliud imaginetur, quod hujus existentiam secludit, quodque adeò Mens, (*per Prop. 9. hujus*) quantum potest, imaginari, vel recordari conabitur. Q. E. D. |

Corollarium. Hinc sequitur, quòd Mens ea imaginari aversatur, quæ ipsius, et Corporis potentiam minuunt, vel 20 coercet.

Scholium. Ex his clarè intelligimus, quid Amor, quidque Odium sit. Nempe Amor nihil aliud est, quàm *Lætitia, concomitante ideâ causæ externæ*; et Odium nihil aliud, quàm *Tristitia, concomitante ideâ causæ externæ*. Videmus deinde, quòd ille, qui 25 amat, necessariò conatur rem, quam amat, præsentem habere, et conservare; et contrà, qui odit, rem, quam odio habet, amovere, et destruere conatur. Sed de his omnibus in seqq. prolixius.

Propositio XIV. *Si Mens duobus affectibus simul affecta semel fuit, ubi postea eorum alterutro afficietur, afficietur etiam 30 altero.*

ćava ili potiče, tako dugo je tijelo aficirano načinima koji njegovu moć djelovanja povećavaju ili potiču (vidi poučak 1 ovog dijela) te se prema tome (prema poučku 11 ovog dijela) tako dugo moć mišljenja duha povećava ili potiče. Slijedom toga (prema poučku 6 ili poučku 9 ovog dijela) duh to nastoji prisposodbljati koliko može, što je i trebalo dokazati.

Poučak 13. *Kad prisposodblja ono što moć djelovanja tijela smanjuje ili suspriježe, duh nastoji, koliko može, sjetiti se stvari koje opstanak toga isključuju.*

Dokaz. Dok duh prisposodblja nešto takvo, dotle se moć duha i tijela smanjuju ili je priječena (kako smo dokazali u prethodnom poučku). Pa ipak, duh će to tako dugo prisposodbljati dok nešto drugo ne prisposodbi što isključuje nazočni opstanak toga (prema poučku 17 drugog dijela), to jest (kako smo upravo pokazali), moć duha i tijela tako će se dugo smanjivati ili biti priječene dok duh ne prisposodbi nešto drugo koje opstanak toga isključuje i što stoga duh (prema poučku 9 ovog dijela), koliko može, nastoji prisposodobiti ili prizvati u sjećanje, što je i trebalo dokazati.

Dodatak. Iz ovoga slijedi da je duh odvræen od prisposodbljanja onoga što njegovu moć i moć tijela smanjuje ili suspriježe.

Primjedba. Iz ovoga jasno razumijemo što je ljubav i što je mržnja. Ljubav naime nije ništa drugo do *ugoda praćena predstavom izvanjskog uzroka*, a mržnja ništa drugo do *neugoda praćena predstavom izvanjskog uzroka*. Vidimo nadalje da onaj koji ljubi nužno nastoji stvar koju ljubi imati nazočnom te je sačuvati; naprotiv, onaj tko mrzi nastoji omrznutu stvar ukloniti i uništiti. Ali o svemu tome opširnije u onome što slijedi.

Poučak 14. *Ako je duh jednom bio aficiran s dvije strasti istodobno, onda će on, kad poslije bude aficiran s jednom od njih, biti aficiran i drugom.*

Demonstratio. Passionis essentia non potest per solam nostram essentiam explicari, (*per Defn.* 1. et 2. p. 3.) hoc est, (*per Prop.* 7. p. 3) passionis potentia definiri nequit potentiâ, quâ in nostro esse perseverare conamur; sed (*ut Prop.* 16. p. 2. ostensum est) definiri necessario debet potentiâ causæ externæ cum nostrâ comparatâ. *Q. E. D.*

Propositio VI. Vis alicujus passionis, seu affectûs reliquas hominis actiones, seu potentiam superare potest, itâ ut affectus pertinaciter homini adhæreat.

Demonstratio. Vis, et incrementum cujuscunque passionis, ejusque in existendo perseverantia definitur potentiâ causæ externæ cum nostrâ comparatâ; (*per Prop. prœc.*) adeoque (*per Prop.* 3. hujus) hominis potentiam superare potest, etc. *Q. E. D.*

Propositio VII. Affectus nec coërceri, nec tolli potest, nisi per affectum contrarium, et fortiozem affectu coërcendo.

Demonstratio. Affectus, quatenus ad Mentem refertur, est idea, quâ Mens majorem, vel minorem sui corporis existendi vim, quàm antea, affirmat. (*per generalem Affectuum Definitionem, quæ reperitur sub finem Tertie Partis*) Cum igitur Mens aliquo affectu conflictatur, Corpus afficitur simul affectione, quâ ejus agendi potentia auge|tur, vel minuitur. Porro hæc Corporis affectio (*per Prop.* 5. hujus) vim à suâ causâ accipit perseverandi in suo esse; quæ proinde nec coërceri, nec tolli potest, nisi à causâ corporeâ, (*per Prop.* 6. p. 2.) quæ Corpus afficiat affectione illi contrariâ, (*per Prop.* 5. p. 3.) et fortioze: (*per Axiom. hujus*) atque adeo (*per Prop.* 12. p. 2.) Mens afficitur ideâ affectionis fortioris, et contrariæ priori, hoc est (*per general. Affectuum Defn.*) Mens afficitur affectu fortiori, et contrario priori, qui scilicet prioris existentiam secludet, vel tollet; ac proinde affectus nec tolli, nec coërceri potest, nisi per affectum contrarium, et fortiozem. *Q. E. D.*

Corollarium. Affectus, quatenus ad Mentem refertur, nec

14 nec coërceri *edd. N* coërceri *O*

26 afficitur *edd. N* afficitur *O*

Dokaz. Bit trpnje ne može se objasniti samo našom biti (prema definicijama I. i II. trećeg dijela), to jest (prema poučku 7 trećeg dijela), moć trpnje ne da se odrediti moći kojom mi nastojimo istrajati u svom bitku, nego se (kako je pokazano u poučku 16 drugog dijela) mora nužno odrediti moći izvanjskog uzroka uspoređene s našom, što je i trebalo dokazati.

Poučak 6. Sila neke trpnje ili strasti može ostala čovjekova djelovanja ili moć toliko nadmašiti da strast ustrajno prijanja uz čovjeka.

Dokaz. Sila i porast neke trpnje kao i njeno istrajavanje u opstajanju određuje se moći izvanjskog uzroka uspoređene s našom (prema prethodnom poučku), stoga (prema poučku 3 ovog dijela) čovjekovu moć može nadmašiti itd., što je i trebalo dokazati.

Poučak 7. Strast se ne može ničim ni suspregnuti¹ ni ukinuti osim strasti koja je onoj koja se treba suspregnuti suprotna i od nje jača.

Dokaz. Strast, ukoliko se odnosi spram duha, jest predstava kojom duh potvrđuje silu opstojanja svoga tijela koja je u odnosu na ranije veća ili manja (prema općoj definiciji strasti koja se nalazi na kraju trećeg dijela). Ako se dakle duh sukobi s nekom strasti, tijelo se istovremeno aficira stanjem koje njegovu moć djelovanja povećava ili smanjuje. Dalje, ovo stanje tijela (prema poučku 5 ovog dijela) dobiva od svojeg uzroka silu ustrajavanja u svom bitku; zato ne može biti niti suspregnuto niti ukinuto ničim do tjelesnim uzrokom (prema poučku 6 drugog dijela) kojim je tijelo aficirano stanjem koje je onome suprotno (prema poučku 5 trećeg dijela) i od njega jače (prema aksiomu ovog dijela). Dakle će duh (prema poučku 12 drugog dijela) biti aficiran predstavom stanja koje je jače i suprotno prijašnjemu, to jest (prema općoj definiciji strasti), duh će biti aficiran² strasti jačom i suprotnom prijašnjoj i koja kao da isključuje ili ukida opstanak prijašnje; stoga se strast ničim ne može ukinuti ili suspregnuti, nego samo suprotnom i jačom strasti, što je i trebalo dokazati.

Dodatak. Strast ukoliko se odnosi na duh, ne može se suspregnuti ni

¹ ni suspregnuti *edd. N*, suspregnuti *O*

² će biti aficiran *edd. N*, je aficiran *O*

coërceri, nec tolli potest, nisi per ideam Corporis affectionis contrariæ, et fortioris affectione, quâ patimur. Nam affectus, quo patimur, nec coërceri, nec tolli potest, nisi per affectum eodem fortiozem, eique contrarium, (*per Prop. præc.*) hoc est (*per gener. Affect. Defin.*) nisi per ideam Corporis affectionis fortioris, 5 et contrariæ affectioni, quâ patimur.

Propositio VIII. *Cognitio boni, et mali nihil aliud est, quàm Lætitiæ, vel Tristitiæ affectus, quatenus ejus sumus conscii.*

Demonstratio. Id bonum, aut malum vocamus, quod nostro esse conservando prodest, vel obest, (*per Defin. 1. et 2. hujus*) hoc est, (*per Prop. 7. p. 3.*) quod nostram agendi potentiam auget, vel minuit, juvat, vel coërcet. Quatenus itaque (*per Defin. Lætitiæ, et Tristitiæ, quas vide in Schol. Prop. 11. p. 3.*) rem aliquam nos Lætitiâ, vel Tristitiâ afficere percipimus, eandem bonam, aut malam vocamus; atque adeo boni, et mali cognitio, nihil aliud 15 est, quàm Lætitiæ, vel Tristitiæ idea, quæ ex ipso Lætitiæ, vel Tristitiæ affectu necessario sequitur. (*per Prop. 22. p. 2.*) At hæc idea eodem modo unita est affectui, ac Mens unita est Corpori, (*per Prop. 21. p. 2.*) hoc est, (*ut in Schol. ejusdem Prop. ostensum*) hæc idea ab ipso affectu, sive (*per gen. Affect. Defin.*) ab ideâ 20 Corporis affectionis reverâ non distinguitur, nisi solo conceptu; ergo hæc cognitio boni, et mali nihil est aliud, quàm ipse affectus, quatenus ejusdem sumus conscii. Q. E. D.

Propositio IX. *Affectus, cujus causam in præsentî nobis adesse imaginamur, fortior est, quàm si eandem non adesse imaginaremur.* 25

Demonstratio. Imaginatio est idea, quâ Mens rem ut præsentem contemplatur, (*vide ejus Defin. in Schol. Pr. 17. p. 2.*)

ukinuti ničim do predstavom stanja tijela koje je suprotno i jače od stanja od kojeg trpimo. Jer strast kojom trpimo ne može se ni suspregnuti ni ukinuti osim strašću koja je od ove jača i njoj suprotna (prema prethodnom poučku), to jest (prema općoj definiciji strasti), ničim drugim do predstavom stanja¹ tijela koje je jače i suprotno stanju od kojeg trpimo.

Poučak 8. *Spoznaja dobra i zla nije ništa drugo do strast ugone ili neugode, ukoliko smo je svjesni.*

Dokaz. Dobrim ili lošim zovemo ono što koristi ili što odmaže očuvanju našeg bitka (prema definicijama I. i II. ovog dijela), to jest (prema poučku 7 trećeg dijela), ono što našu moć djelovanja povećava ili smanjuje, potiče ili suspriježe. Ukoliko dakle (prema definicijama ugone i neugode koje vidi u primjedbi uz poučak 11 trećeg dijela) opažamo da nas neka stvar aficira ugodom ili neugodom, zovemo je dobrom ili lošom. Stoga spoznaja dobrog ili lošeg nije ništa drugo do predstava ugone ili neugode koja nužno slijedi iz strasti ugone i neugode (prema poučku 22 drugog dijela). Ova je predstava pak na isti način sjedinjena sa strašću kao što je duh sjedinjen s tijelom (prema poučku 21 drugog dijela), to jest (kako je pokazano u primjedbi uz isti taj poučak), ova se predstava od te strasti, ili (prema općoj definiciji strasti) od predstave stanja tijela zapravo razlikuje samo pojmom. Dakle, ova spoznaja dobrog i lošeg nije ništa drugo do ta strast ukoliko smo je svjesni, što je i trebalo dokazati.

Poučak 9. *Strast čiji si uzrok prisposobljavamo kao nazočno prisutan jača je nego ako prisposobljavamo da nije prisutan.*

Dokaz. Prisposoba je predstava kojom duh motri stvar kao nazočnu (vidi njenu definiciju u primjedbi uz poučak 17 drugog dijela) no koja više

¹ stanja ON, stanjem Sph. corr.

facilius coërceri, vel restringi poterit, etc. *Q. E. D.*

Propositio XVII. *Cupiditas, quæ oritur ex verâ boni, et mali cognitione, quatenus hæc circa res contingentes versatur, multò adhuc facilius coërceri potest, Cupiditate rerum, quæ præsentibus sunt.*

Demonstratio. Propositio hæc eodem modo, ac Prop. 5 præced. demonstratur ex Coroll. Prop. 12. hujus.

Scholium. His me causam ostendisse credo, cur homines opinione magis, quàm verâ ratione commoveantur, et cur vera boni, et mali cognitio animi commotiones excitet, et sæpe omni libidinis generi cedat; unde illud Poëtæ natum: *Video meliora,* 10 *proboque, deteriora sequor.* Quod idem etiam Ecclesiastes in mente habuisse videtur, cùm dixit: *Qui auget scientiam, auget dolorem.* Atque hæc non eum in finem dico, ut inde concludam, præstabilius esse ignorare, quàm scire, vel quòd stulto intelligens in moderandis affectibus nihil intersit; sed ideò quia necesse est, nostræ 15 naturæ tam potentiam, quàm impotentiam noscere, ut determinare possimus, quid ratio in moderandis affectibus possit, et quid non possit; et in hac Parte de solâ humanâ impotentiâ me acturum dixi. Nam de Rationis in affectûs potentiâ separatim agere constitui. 20

Propositio XVIII. *Cupiditas, quæ ex Lætitia oritur, cæteris paribus, fortior est Cupiditate, quæ ex Tristitia oritur.*

Demonstratio. Cupiditas est ipsa hominis essentia, (per 1. Affect. Defi.) hoc est, (per Prop. 7. p. 3.) conatus, quo homo in suo esse perseverare co|natur. Quare Cupiditas, quæ ex 25

odnosi na ono buduće, može se lakše suspregnuti ili ublažiti itd., što je i trebalo dokazati.

Poučak 17. *Požuda koja izvire iz spoznaje dobra i zla, ukoliko se vrti oko slučajnih stvari, može se još daleko lakše suspregnuti požudom za stvarima koje su nazočne.*

Dokaz. Ovaj se poučak dokazuje istim načinom kao što se prethodni poučak dokazuje iz dodatka uz poučak 12 ovog dijela.

Primjedba. Ovime mislim da sam pokazao zašto se ljudi više povode za mnijenjem nego za istinskim umom te zašto istinita spoznaja dobra i zla izaziva u duši podražaje te često dopušta sve vrste pohote; odatle je nastalo ono pjesnikovo: *Vidim ono bolje i hvalim ga, ali slijedim ono lošije*¹. To je, kako izgleda, na umu imao i Propovjednik kad je kazao: *Što više znanja, to više boli*². To ne kažem na kraju zato kako bih zaključio da je izvrsnije ne znati nego znati ili da pri umjeravanju strasti nema nikakve razlike između glupana i onog koji razumije, nego da je nužno poznavati kako moć naše naravi tako i njenu nemoć da bismo mogli odrediti što um u umjeravanju strasti može a što ne može. Rekao sam da ću u ovom dijelu raspraviti samo ljudsku nemoć. O moći uma nad strastima namjerio sam raspraviti posebno.

Poučak 18. *Požuda koja izvire iz ugone jača je, pod jednakim uvjetima, od požude koja izvire iz neugode.*

Dokaz. Požuda je sama bit čovjekova (prema definiciji strasti I.), to jest (prema poučku 7 trećeg dijela) nagon kojim čovjek nastoji istrajati u svom bitku. Zato će požuda koja izvire iz ugone samu strast ugone (pre-

¹ Ovidije *Metamorfoze* VII., 20-21 op. Bl.

² *Propovjednik* 1, 18 op. Bl.

Lætitia oritur, ipso Lætitiae affectu (*per Defn. Lætitiae, quam vide in Schol. Prop. 11. p. 3.*) juvatur, vel augetur; quæ autem contrà ex Tristitia oritur, ipso Tristitiæ affectu (*per idem Schol.*) minuitur, vel coercetur; atque adeò vis Cupiditatis, quæ ex Lætitia oritur, potentiâ humanâ, simul et potentiâ causæ externæ; quæ autem ex Tristitiâ, solâ humanâ potentiâ definiri debet, ac proinde hæc illa fortior est. *Q. E. D.*

Scholium. His paucis humanæ impotentiae, et inconstantiae causas, et cur homines rationis præcepta non servant, explicui. Superest jam, ut ostendam, quid id sit, quod ratio nobis præscribit, et quinam affectus cum rationis humanæ regulis convenient; quinam contrà iisdem contrarii sint. Sed antequam hæc prolixo nostro Geometrico ordine demonstrare incipiam, lubet ipsa rationis dictamina hic prius breviter ostendere, ut ea, quæ sentio, facilius ab unoquoque percipiantur. Cùm ratio nihil contra naturam postulet, postulat ergo ipsa, ut unusquisque seipsum amet, suum utile, quod reverâ utile est, quærat, et id omne, quod hominem ad majorem perfectionem reverâ ducit, appetat, et absolutè, ut unusquisque suum esse, quantum in se est, conservare conetur. Quod quidem tam necessariò verum est, quàm, quòd totum sit suâ parte majus. (*vide Prop. 4. p. 3.*) Deinde quandoquidem virtus (*per Defn. 8. hujus*) nihil aliud est, quàm ex legibus propriæ naturæ agere, et nemo suum esse (*per Prop. 7. p. 3.*) conservare conetur, nisi ex propriæ suæ naturæ legibus; hinc sequitur primò, virtutis fundamentum esse ipsum conatum proprium esse conservandi, et felicitatem in eo consistere, quòd homo suum esse conservare potest. Secundò sequitur, virtutem propter se esse appetendam, nec quicquam, quod ipsâ præstabilius, aut quod utilius nobis sit, dari, cujus causâ deberet appeti. Tertiò denique sequitur, eos, qui se interficiunt, animo esse impotentes, eosque à causis externis, suæ naturæ repugnantibus, prorsus vinci. Porrò ex Postulato 4. Partis 2. sequitur, nos efficere nunquam posse, ut nihil extra nos indigeamus ad nostrum esse conservandum, et ut ità vivamus, ut nullum commercium cum rebus, quæ extra nos sunt, habeamus; et, si præterea nostram Mentem spectemus,

ma definiciji ugone koju vidi u primjedbi uz poučak 11 trećeg dijela) poticati ili uvećavati; ona pak koja, obratno, izvire iz neugode, samu će strast neugode (prema istoj primjedbi) smanjivati ili susprezati. Prema tome sila požude koja izvire iz ugone mora biti određena ljudskom moći skupa s moći izvanjskog uzroka; ona pak što izvire iz neugode mora biti određena samo ljudskom moći, pa je dakle ona jača od ove, što je i trebalo dokazati.

Primjedba U malo riječi time sam objasnio uzroke ljudske nemoći i nestalnosti te zašto se ljudi ne drže propisa uma. Sad preostaje pokazati što je to što nam um propisuje te koje su strasti s pravilima ljudskog uma sukladne, a koje su im pak suprotne. No prije nego to započnem opširnije dokazivati našim geometrijskim redom, volio bih ove zapovijedi uma ovdje unaprijed ukratko pokazati, kako bi svatko ono što mislim mogao lakše opaziti. Budući da um ne zahtijeva ništa protivno naravi, onda on zahtijeva da svatko sebe ljubi te da ište ono što mu je korisno, što je odista korisno, te da teži za onim što čovjeka zaista vodi u veće savršenstvo te da svatko na svaki način nastoji, koliko je do njega, sačuvati svoj bitak. Ovo je istinito istom nužnošću kao što je istinito da je cjelina veća od svog dijela (vidi poučak 4 trećeg dijela). Budući da, nadalje, svaka vrlina (prema definiciji VIII. ovog dijela) nije ništa drugo do djelovanje prema zakonima vlastite naravi te kako nitko svoj bitak (prema poučku 7 trećeg dijela) ne nastoji sačuvati nego samo iz zakona svoje vlastite naravi, onda slijedi, *prvo*, da je temelj vrline teženje da se sačuva vlastiti bitak, a sreća se sastoji u tome da čovjek može svoj bitak sačuvati. *Drugo* što slijedi jest da vrlini treba težiti nje same radi jer ničega nema što bi od nje bilo izvrsnije ili za nas korisnije i radi čega bi se trebalo težiti. *Treće* što na kraju slijedi jest da su samoubojice maloumni i da su obvladani izvanjskim uzrocima koji su suprotni njihovoj naravi. Nadalje, iz poučka 4 drugog dijela slijedi da nikad ne možemo postići to da ništa izvan nas ne potrebujemo za očuvanje našeg bitka te da živimo tako da nemamo nikakve razmjene sa stvarima koje su izvan nas. A ako uz to pogledamo naš duh,

sanè noster intellectus imperfectior esset, si Mens sola esset, nec quicquam præter se ipsam intelligeret. Multa igitur extra nos dantur, quæ nobis utilia, quæque propterea appetenda sunt. Ex his nulla præstantiora excogitari possunt, quàm ea, quæ cum nostrâ naturâ prorsus conveniunt. Si enim duo ex. gr. ejusdem prorsus naturæ individua invicem junguntur, individuum componunt singulo duplò potentius. Homini igitur nihil homine utilius; nihil, inquam, homines præstantius ad suum esse conservandum, optare possunt, quàm quòd omnes in omnibus ita convenient, ut omnium Mentis et Corpora unam quasi Mentem, unumque Corpus component, et omnes simul, quantum possunt, suum esse conservare conentur, omnesque simul omnium commune utile sibi quærant; ex quibus sequitur, homines, qui ratione gubernantur, hoc est, homines, qui ex ductu rationis suum utile quærun, nihil sibi appetere, quod reliquis hominibus non cupiant, atque adeò eosdem justos, fidos, atque honestos esse.

Hæc illa rationis dictamina sunt, quæ hic paucis ostendere proposueram, antequam eadem prolixiori ordine demonstrare inciperem, quod eâ de causâ feci, ut, si fieri posset, eorum attentionem mihi conciliarem, qui credunt, hoc principium, quòd scilicet unusquisque suum utile quærere tenetur, impietatis; non autem virtutis, et pietatis esse fundamentum. Postquam igitur rem sese contrâ habere breviter ostenderim, pergo ad eandem eâdem viâ, quâ huc usque progressi sumus, demonstrandum.

Propositio XIX. *Id unusquisque ex legibus suæ naturæ necessario appetit, vel aversatur, quod bonum, vel malum esse judicat.*

Demonstratio. Boni, et mali cognitio est (per Prop. 8. hujus) ipse Lætitiae, vel Tristitiæ affectus, quatenus ejusdem sumus conscii; ac proinde (per Prop. 28. p. 3.) id unusquisque necessario appetit, quod bonum, et contrâ id aversatur, quod malum esse judicat. Sed hic appetitus nihil aliud est, quàm ipsa hominis essentia, seu natura. (per Defn. App., quam vide in Schol. Prop. 9. p. 3. et 1. Aff. Defn.) Ergo unusquisque ex solis suæ naturæ legibus id necessario appetit, vel aversatur, etc. Q. E. D.

onda će naš razum biti svakako nesavršeniji ako bi duh bio sam i ne bi razumio ništa osim sama sebe. Ima dakle mnogo toga izvan nas što je za nas korisno i čemu zbog toga treba težiti. Između toga ne da se izmisliti ništa izvrsnije od onoga što se potpuno slaže s našom naravi. Kad su, na primjer, međusobno povezane dvije individue koje imaju posve istu narav, onda tvore jedinstveni individuum koji je dvostruko moćniji. Dakle, čovjeku ništa nije korisnije nego čovjek; ništa, velim, izvrsnijeg ljudi ne mogu željeti za očuvanje svog bitka nego to da se svi u svemu tako slažu da svi duhovi i sva tijela tvore gotovo jedan duh i jedno tijelo te da svi istovremeno nastoje, koliko mogu, sačuvati svoj bitak, te da svi za sebe istovremeno ištu ono što je općenito korisno za sve. Iz toga slijedi da ljudi koji su upravljani umom, to jest ljudi koji pod vodstvom uma ištu ono što im je korisno, ne žude za sebe ničemu što ne bi željeli i drugim ljudima, te su pravedni, vjerni i poštjeni.

To su te zapovijedi uma koje sam ovdje htio ukratko pokazati, prije no što ih počnem prikazivati iscrpnijim redom; to sam učinio zato da privučem, koliko mogu, pozornost onih koji vjeruju da je ovo načelo – da svatko treba iskati ono što mu je korisno – temelj bezvjerja a ne vrline i pobožnosti. Pošto sam ukratko pokazao da stvari stoje obratno, prelazim na to da to dokažem istim onim putem kojim smo i do sada išli.

Poučak 19. *Svatko iz zakona svoje naravi nužno teži za onim, ili se odvraća od onoga što sudi, da je dobro ili da je zlo.*

Dokaz. Spoznaja dobra i zla je (prema poučku 8 ovog dijela) strast ugođe ili neugode, ukoliko smo je svjesni; stoga (prema poučku 28 trećeg dijela) svatko nužno teži onome što sudi da je dobro i, obratno, odvraća se od onog što sudi da je zlo. Ali ovaj poriv nije ništa drugo do sâma bit ili narav čovjeka (prema definiciji poriva koju vidi u primjedbi uz poučak 9 trećeg dijela i u definiciji strasti I.). Dakle, svatko samo iz zakona svoje naravi teži za onim, ili se odvraća itd., što je i trebalo dokazati.

Est itaque peccatum nihil aliud, quàm inobedientia, quæ propterea solo Civitatis jure punitur, et contrà obedientia Civi meritum ducitur, quia eo ipso dignus judicatur, qui Civitatis commodis gaudeat. Deinde in statu naturali nemo ex communi consensu alicujus rei est Dominus, nec in Naturâ aliquid datur, quod possit dici hujus hominis esse, et non illius; sed omnia omnium sunt; ac proinde in statu naturali nulla potest concipi voluntas unicuique suum tribuendi, aut alicui id, quod ejus sit, eripiendi, hoc est, in statu naturali nihil fit, quod justum, aut injustum possit dici; at quidem in statu civili, ubi ex communi consensu decernitur, | quid hujus, quidve illius sit. Ex quibus apparet, justum, et injustum, peccatum, et meritum notiones esse extrinsecas, non autem attributa, quæ Mentis naturam explicant. Sed de his satis.

Propositio XXXVIII. *Id, quod Corpus humanum ita disponit, ut pluribus modis possit affici, vel quod idem aptum reddit ad Corpora externa pluribus modis afficiendum, homini est utile; et eò utilius, quò Corpus ab eo aptius redditur, ut pluribus modis afficiatur, aliaque corpora afficiat, et contrà id noxium est, quod Corpus ad hæc minùs aptum reddit.*

Demonstratio. Quò Corpus ad hæc aptius redditur, eò Mens aptior ad percipiendum redditur; (per Prop. 14. p. 2.) adeoque id, quod Corpus hæc ratione disponit, aptumque ad hæc reddit, est necessariò bonum, seu utile, (per Prop. 26. et 27. hujus) et eò utilius, quò Corpus ad hæc aptius potest reddere, et contrà (per eandem Prop. 14. p. 2. inversam, et Prop. 26. et 27. hujus) noxium, si corpus ad hæc minùs aptum reddat. Q. E. D.

Propositio XXXIX. *Quæ efficiunt, ut motûs, et quietis ratio, quam Corporis humani partes ad invicem habent, conservetur, bona sunt; et ea contrà mala, quæ efficiunt, ut Corporis humani*

grieh nije ništa drugo nego neposlušnost koju samo država ima pravo kažnjavati, dočim se, obratno, poslušnost građaninu pripisuje kao zasluga budući da se prosuđuje da je sašnim tim dostojan radovati se pogodnostima države. Nadalje, u naravnom stanju nitko prema općoj suglasnosti nije gospodar stvari niti ima u naravi ičega za što bi se moglo reći da pripada ovom, a ne onom čovjeku, nego je sve svačije. Zato se u naravnom stanju ne može pojmiti nikakva volja da se nekome dâ ono što je njegovo ili da se nekome uzme ono što je njegovo, to jest, u naravnom stanju nema ničega što bi se moglo zvati pravednim ili nepravednim, ali ima u građanskom stanju gdje se prema općoj suglasnosti odlučuje što pripada ovome a što onome. Iz čega je jasno da pravedno i nepravedno, grieh i zasluga jesu izvanjski pojmovi a ne atributi koji objašnjavaju narav duha. Ali dosta o tome.

Poučak 38. *Ono što ljudsko tijelo raspolaže tako da ono može biti aficirano na mnoge načine ili što ga čini sposobnim da vanjska tijela aficira na više načina, korisno je za čovjeka i to toliko korisnije koliko je tijelo učinjeno sposobnijim da bude aficirano na više načina i da na više načina aficira druga tijela; a štetno je, obratno, ono što tijelo čini manje sposobnim za to.*

Dokaz. Što je tijelo učinjeno sposobnijim za ovo, to je duh učinjen sposobnijim za opažanje (prema poučku 14 drugog dijela), stoga je ono što na ovaj način raspolaže tijelo nužno dobro ili korisno (prema poučcima 26 i 27) i to toliko korisnije što se tijelo za ovo može učiniti sposobnijim, te, obratno (prema istom ali obrnutom poučku 14 drugog dijela i prema poučcima 26 i 27 ovog dijela), štetno ako tijelo čini manje sposobnim za ovo, što je i trebalo dokazati.

Poučak 39. *Ono što polučuje da se očuva srazmjer kretanja i mirovanja koja dijelovi ljudskog tijela imaju međusobno jest dobro; a loše je, naprotiv, ono što polučuje da dijelovi ljudskog tijela imaju međusobno drugi*

bono fruamur, est reverâ malum; malum enim, et bonum (*ut in Præfat. hujus ostendimus*) de rebus dicitur, quatenus easdem ad invicem comparamus, et (*per eandem rationem*) malum minus reverâ bonum est, quare (*per Coroll. Prop. 63. hujus*) ex rationis ductu bonum tantum majus, et malum minus appetemus, seu 5 sequemur. *Q. E. D.*

Corollarium. Malum minus pro majore bono ex rationis ductu sequemur, et bonum minus, quod causa est majoris mali, negligemus. Nam malum, quod hic dicitur minus, reverâ bonum est, et bonum | contrâ malum, quare (*per Coroll. Prop. 63. hujus*) 10 illud appetemus, et hoc negligemus. *Q. E. D.*

Propositio LXVI. Bonum majus futurum præ minore præsentî, et malum præsens minus præ majori futuro ex rationis ductu appetemus.

Demonstratio. Si Mens rei futuræ adæquatam posset 15 habere cognitionem, eodem affectu erga rem futuram, ac erga præsentem afficeretur; (*per Prop. 62. hujus*) quare quatenus ad ipsam rationem attendimus, ut in hac Propositione nos facere supponimus, res eadem est, sive majus bonum, vel malum futurum, sive præsens supponatur; ac proinde (*per Prop. 65. hujus*) 20 bonum futurum majus præ minore præsentî etc. appetemus. *Q. E. D.*

Corollarium. Malum præsens minus, quod est causa majoris futuri boni, ex rationis ductu appetemus, et bonum præsens minus, quod causa est majoris futuri mali, negligemus. Hoc 25 Coroll. se habet ad præced. Prop. ut Coroll. Prop. 65. ad ipsam Prop. 65.

Scholium. Si igitur hæc cum iis conferantur, quæ in hac Parte usque ad Propositionem 18. de affectuum viribus ostendimus, facile videbimus, quid homo, qui solo affectu, seu opinione, 30 homini, qui ratione ducitur, intersit. Ille enim, velit nolit, ea, quæ maximè ignorat, agit; hic autem nemini, nisi sibi, morem gerit, et ea tantum agit, quæ in vitâ prima esse novit, quæque

4 + 10 Prop. 63. *edd.* Prop. præc. *ON*

13 præ majori futuro *edd.* quod causa est futuri alicujus mali *O* alicujus majoris boni *N*

zlo i dobro pak (kao što smo pokazali u predgovoru ovom dijelu) pririču se stvarima ukoliko jednu s drugom uspoređujemo, te je (iz istog razloga) manje zlo uistinu dobro, pa ćemo (prema dodatku uz poučak 63¹ ovog dijela) pod vodstvom uma težiti odnosno slijediti samo veće dobro i manje zlo, što je i trebalo dokazati.

Dodatak. Pod vodstvom uma slijedimo manje zlo radi većeg dobra, a manje dobro koje je uzrok većeg zla ćemo zanemariti. Jer zlo, koje se ovdje naziva manjim, uistinu je dobro, a dobro, obratno, zlo, zbog čega (prema dodatku uz poučak 63² ovog dijela) onome težimo a ovog zanemarujemo, što je i trebalo dokazati.

Poučak 66. Pod vodstvom uma težit ćemo većem budućem dobru umjesto manjem sadašnjem³, a manjem sadašnjem umjesto većem budućem.

Dokaz. Kad bi duh mogao imati odgovarajuću spoznaju budućih stvari, onda bi spram buduće stvari bio aficiran jednakom strašću kao i spram sadašnje (prema poučku 62 ovog dijela). Stoga, ukoliko obratimo pozornost spram uma samoga, kao što u ovom poučku i pretpostavljamo da činimo, ista je stvar pretpostavljamo li veće dobro i zlo kao buduće ili kao sadašnje; odatle ćemo (prema poučku 65 ovog dijela) težiti većem budućem dobru umjesto manjem sadašnjem itd., što je i trebalo dokazati.

Dodatak. Pod vodstvom uma težimo manjem sadašnjem zlu koje je uzrok većeg budućeg dobra, te zanemarujemo manje sadašnje dobro koje je uzrok većeg budućeg zla. Ovaj se dodatak spram prethodnog poučka odnosi na isti način kao dodatak uz poučak 65 spram istog poučka 65.

Primjedba. Usporedimo li ovo s onim što smo u ovom dijelu, zaključno s poučkom 18, pokazali o silama strasti, lako ćemo uvidjeti čime se čovjek koji djeluje samo iz strasti ili mnijenja razlikuje od čovjeka koji je vođen umom. Onaj naime, htio ili ne htio, čini ono što uopće ne zna; ovaj pak nikome ne ugađa osim sebi i čini samo ono što je u životu spoznao kao

¹ poučak 63 *edd.*, prethodni poučak *ON*

² poučak 63 *edd.*, prethodni poučak *ON*

³ umjesto manjem sadašnjem *edd.*, koje je uzrok nekog budućeg zla *O*, nekog većeg dobra *N*

propterea maximè cupit, et ideò illum servum, hunc autem liberum voco, de cujus ingenio, et vivendi ratione pauca adhuc notare libet. |

Propositio LXVII. *Homo liber de nullâ re minus, quàm de morte cogitat, et ejus sapientia non mortis, sed vitæ meditatio est.* 5

Demonstratio. Homo liber, hoc est, qui ex solo rationis dictamine vivit, mortis Metu non ducitur; (*per Prop. 63. hujus*) sed bonum directè cupit, (*per Coroll. ejusdem Prop.*) hoc est, (*per Prop. 24. hujus*) agere, vivere, suum esse conservare ex fundamento proprium utile quærendi; atque adeò nihil minus, quàm de morte cogitat; sed ejus sapientia vitæ est meditatio. Q. E. D. 10

Propositio LXVIII. *Si homines liberi nascerentur, nullum boni, et mali formarent conceptum, quamdiu liberi essent.*

Demonstratio. Illum liberum esse dixi, qui solâ ducitur ratione; qui itaque liber nascitur, et liber manet, non nisi adæquatas ideas habet, ac proinde mali conceptum habet nullum, (*per Coroll. Prop. 64. hujus*) et consequenter (nam bonum, et malum correlata sunt) neque boni. Q. E. D. 15

Scholium. Hujus Propositionis Hypothesin falsam esse, nec posse concipi, nisi quatenus ad solam naturam humanam, seu potius ad Deum attendimus, non quatenus infinitus; sed quatenus tantummodò causa est, cur homo existat, patet ex 4. Propositione hujus Partis. Atque hoc, et alia, quæ jam demonstravimus, videntur à Mose significari in illâ primi hominis historiâ. In eâ enim nulla alia Dei potentia concipitur, quàm illa, quâ hominem creavit, hoc est, potentia, quâ hominis solummodò utilitati consuluit, atque eatenus narratur, quòd Deus homini libero prohibuerit, ne de arbore cognitionis boni, et mali comederet, et quòd, simulac de eâ comederet, statim mortem metueret potius, quàm vivere cuperet. | Deinde, quòd inventâ ab homine uxore, quæ cum suâ naturâ prorsus conveniebat, cognovit nihil posse in naturâ dari, quod ipsi posset illâ esse utilius; sed quòd, postquam bruta sibi similia esse credidit, statim eorum affectûs 20 25 30

ono prvotno i koje zbog toga najvećma žudi; te onoga zovem robom, a ovoga pak slobodnim i o njegovoj ću ćudi i načinu života dati još samo nekoliko primjedbi.

Poučak 67. *Slobodan čovjek ni o čemu ne misli manje nego o smrti, a njegova mudrost nije promišljanje smrti, nego promišljanje života.*

Dokaz. Slobodan čovjek, to jest onaj koji živi samo po zapovijedi uma, nije vođen strahom od smrti (prema poučku 63 ovog dijela) nego žudi izravno za dobrim (prema dodatku uz isti poučak), to jest (prema poučku 24 ovog dijela), djelovati, živjeti, svoj bitak sačuvati temeljem toga da ište ono što mu je korisno; stoga ni o čemu ne misli manje do o smrti; a njegova je mudrost promišljanje života, što je i trebalo dokazati. }

Poučak 68. *Kad bi se ljudi rađali slobodni, ne bi oblikovali nikakav pojam dobra i zla dokle god su slobodni.*

Dokaz. Da je slobodan rekli smo za onoga tko je vođen samo umom; tko se dakle slobodan rađa i slobodan ostaje može imati samo odgovarajuće predstave, pa stoga ne može imati nikakav pojam zla (prema dodatku uz poučak 64 ovog dijela) te slijedom toga (jer dobro i zlo su sukladni) ni dobra, što je i trebalo dokazati.

Primjedba. Da je pretpostavka ovog poučka lažna i da se ne može pojmiti osim ukoliko obratimo pozornost samo na ljudsku narav, a pogotovo na Boga ne ukoliko je beskončan nego samo ukoliko je uzrok zašto čovjek opstoji, jasno je iz 4. poučka ovog dijela. Ovo i drugo što smo već dokazali, izgleda da je naznačio Mojsije u onoj priči o prvom čovjeku. Jer u njoj se ne poima nikakva druga Božja moć osim one kojom je stvorio čovjeka, to jest moć kojom je poskrbio isključivo za ljudske koristi, te se utoliko pripovijeda da je Bog slobodnom čovjeku zabranio da uzima s drveta spoznaje dobra i zla te da će se, čim bude s njega okusio ploda, odmah više bojati smrti nego što će žudjeti živjeti. Nadalje, da je, kad je pronašao ženu koja se potpuno slagala s njegovom naravi, spoznao da ničeg u naravi ne može biti što bi mu od nje bilo korisnije; ali da je, budući da je vjerovao da su mu zvijeri slične, odmah počeo oponašati njihove